



ISAGOGE
IN CANONICAS.

Septem Epistolas, qua (ut in
Paulinis) compositionis œ-
conomia, & germana
dispositio mon-
stratur.

Eodem Bened. Aretio
Auctore

LAVS ANNÆ.

Excudebat Frāciscus le Preux,
Illust. D. Bernensii Typog.

1579.



Ob. G. u. 3781



ILLVSTRI ET DOMESTICA

Nobilitate Splendidissimo viro D.Odoar-
do Thyenæo Ciconie Comuti Domino
suo honorando. S.P.



Dfero ad te , illustris & generose
vir, munusculum, qualia nostra esse
solent, hoc est chartaceū, & tenue.
Quando enim tu in me amando &
ornando , nullum officii genus pre-
termittis, volui saltem ego: tenui isto opusculo signi-
ficationem grati animi extare, quandoquidem alia
via mihi nulla patefacta est. Et quanquam eius-
modi sit ut nec commendari, præsertim apud tantū
virum, possit, nec ad dignitatem , splendoremque
virtutum tuarum quicquam conferre, tamen, qui
tuus est candor, & erga me studium, grato, ut spe-
ro, admittes animo pusillum hospitem, patierisque
ut tui nominis splendore ornatior & commendatis-
or prodeat.

Dominus Iesus te cum omni tua familia con-
seruet. Amen. Vale, Bernæ Cal. Februar. CIJ IC
LXXIII.

Illustriſ. D.T.

ſtudiosiſſimus Bene-
dictus Aretius.

a.ij.

EPISTOLÆ DIVI IAGO-
BI APOSTOLI
dispositio.

Argumentum Epistola.

 Postolus Iacobus magis instruit pios quomodo viuendum , quam quid sit credendum. Ideo de moribus renati hominis semper loquitur, de fide non perinde. At in professis religionem Christi, requirit impri mis tolerantiam sub cruce, quæ Christi nomine obtruditur, à qua diligenter separat eam crucis speciem, quam nostra nobis imponit caro. Deinde in conuéntibus sine prosopolijsia conveniendum esse docet, fidem rite ornádam omni bonorum operum studio , ne inani quodá simulachro démetemur, quemadmodum philosophi quidam speciosè de virtutibus differebant, cùm interim mores illorum omni scelerum turpitudine es-
fent

est defœdati, &c.

AVTOR EPISTOLÆ.

Iacobus, qui autor est præsentis epistolæ, fuit de numero duodecim Apostolorum. Nam Græci expressè τὸν Ἀπόστολον addunt, & Syri qui mox post Apostolorum tempora Euangeliū Christi & has epistolas, quas appellamus canonicas cum aliis in suam linguam transtulerunt, Iacobum Apostolum agnoscunt. Cæterum quia apud Matt. 10. cap. duo recensentur Iacobi in catalogo Apostolorum, non frustra quæri potest, quis-nam ille sit, Zebedæi-ne, an Alphæi filius: In huius quæstionis decisione sequor Hieronymi sententiam, qui hunc Alphæi filium pronūciat esse, & eundem esse qui Iacobus minor, Iacobus iustus, Iacobus frater Iudæ, & Iacobus frater Domini dictus sit. Itaque hic erit Iacobus, quem Apostolus Paulus Hiero-

solymis cōuenit, vt est ad Gal. ca. i. vbi inquit se præterea Apostolū nullū vidisse præter Iacobū fratrē Domini. Porro dictus est frater Domini, quod esset filius Mariæ Cleophæ quæ soror fuit Mariæ virginis, & more scripturæ fratres dicuntur qui reuera erāt cōsobrini. Hæc, vt apparet, verissima sententia est de autore præfētis epistolæ. Non ignoro interea quibusdā magis place re hūc Iacobum nō esse de cēlu Apostolorū, sed de numero septuaginta discipulorum, & hunc esse quem appellant Iacobum Obaliæ. Sed probabiles tantum sunt cōiecturæ, nec plus valent quam superiores rationes, & quia hac sententia plurimum decedit de autoritate epistolæ, magis arridet superior, vt & Apostolica sit & catholica. Hinc intelligi potest cur veteres catholicam appellant vnā cum sequentibus, quod scil. non vni priuato homini

homini, aut vni priuatæ ecclesiæ, sed omnibus piis esset scripta. Deinde, quèd non minus pôderis in probando habere debeat, quàm Paulinæ epi stolæ. Præterea, quòd habeat genera les vitæ regulas, quæ ad omnes spe ctant. Eadem ratione dicta est cano nica, quanuis ea vox à nōnullis dam netur: tamen hæc appellatio ostendit eam non minus esse in canone, quàm sint Paulinæ, nec minus autoritatis huic tribuendū esse. Itaq; ostédit con sensū & doctrinæ & ecclesiæ iudiciū recipientis hanc cum reliquis pari au toritate. Porro, qui dicunt non esse Apostolicam, hæc ferme habét argu menta. Primùm, quòd locum de fide Abrahæ ex 15. cap. Geneseos contra mentem Pauli ad Rom. 4. applicet o peribus. Locus est infra cap. 2. ver. 25. Sed facile responderi potest non fieri hoc contra mentem Pauli. Nam bo a. iiiij.

na fide citat Mosen, & ostendit ex operibus Abrahams illustratam esse illius fidem. Quam sententiam haud dubie Apostolus Paulus quoque approbasset, cum & ipse velit operam esse fidem, nec vñquam proberet inane fidei simulachrum.

2 Secundo loco dicunt illum nunquam vel raro saltem de Christo loqui, quo nomine nihil frequentius sit in ore reliquis Apostolis. Respondeamus illum satis testari quantum Christo deferat cum ab illo exordiatur. Porro, cum esset correcturus mores male experimentium doctrinam Christi, frequenter debuit esse in corripiendo vitiis: & vrgendis bonis operibus, quam fidei ratione, cū iam Christianis constaret quid credendum esset, non perinde autem quomodo vivendum: aut si etiam hoc constabat, pauci tamen erant qui vita & moribus

bus hoc vellent exprimere.

3 Tertio, & hoc non videtur Apostolicum, quod cap. 2. loquens de lego, vocet eam libertatis legem, cum Apostolus Paulus potius seruitutis, mortis, irae, & peccati ministram appelle. Respondeo, non eodem consilio hoc fieri. Nam Paulus contra Iudeos agens recte sic appellat, cum illi hanc vngerent quasi necessariam ad salutem, & per legem intelligebant ipsas ceremonias, quandoquidem ipsam circuncisionem & similia ex lege obtrudebant, non moralia. Contra Iacobus de morali lege loquitur, ideo iubet omnes sic loqui & sic facere, quasi per legem libertatis iudicados, & lex libertatis utique Christi est, cuius doctrina imprimis requirit bonos mores: libertatis autem, quia nos non ligat ad ceremonias externas, sed hilari spiritu & sponte Deo seruit omni bono-

rum genere. Itaque nihil hic est quod non sit Apostolicum.

QVIBVS SIT SCRIP TA Epistola.

Testatur Iacobus in titulo scribere Iudæis cōuersis & dispersis in omni terrarum orbe, quæ quidem specia lia sūt. Verū cum in progressu doctrinæ vbiique generalia de moribus det præcepta, vtique ad nos etiam pertinet, & ad omnes fideles non minus quam epistola ad Romanos, aut illæ ad Timotheum, ac similes. Nam communes mores & vniuersales de moribus regulæ, omnes eiusdē professio nis homines ligant.

OCCASIO.

Occasionē huic epistolæ præbuerunt Christianorum mores, qui malè doctrinam Christi vita exprimebant. Nam mature hoc malum ecclesiā inuasit, quod dixit Dominus Christus

Christus de Iudæis apud Matt. 23. In cathedra Mosis sedet, quæ vos docuerint facite, secundum autem opera ipsorum nolite facere, significatis Iudæos non recte philosophari in lege Mosis. Sic Christi ecclesia multos habuit quidem professores fidei: pauci tamen erant, qui Christianum esse putarent nihil aliud esse, quam vita & moribus testari innocentiam. Horum ergo præposteros mores corrigit.

GENVS.

Principale genus est exhortatorium, ut sit in deliberationibus, ubi regulæ & præcepta de moribus dantur. Accedunt postea quæ hoc exor- nant, ut Διδακτικὸν, ἐπανεπικόν, Φεκτικόν & similia.

PROPOSITO.

Scopus Apostoli est, instituerepios quomodo viuendū sit in hoc mundo, ut hæc sit illius sententia, Piis imprimis

curandum est, ut omni bonorum operum studio professionem fidei sue ornēt, ideo passim vrgit virtutes renati hominis. Hanc propositionem desumimus ex cap. i. ver. 22. Estote factores sermonis, & non solum audi tores decipientes vos ipsos, & cap. 2. ver. 14. Quæ erit vtilitas, si quis dicat fidem se habere, opera autē non habeat, poterit-ne fides illum seruare? & ver. 20. itē 26. fides sine operibus mortua est: significās ipsam professionem fidei sine studio bonorum operum esse merūm simulachrum. Et capit. 3. ver. 13. Si quis sapiēs est inter vos, ostendat ex honesta conuersatione opera sua, & cap. 4. ad finem, Sciēti bonum facere & non facienti, hoc ipsi peccatum est.

PAR TES.

Partes epistolæ principaliter duæ sunt. Nam primo constat titulo, quo exprimitur

exprimitur autor, & quibus dedicitur, item honesta comprecatione salutantur. Secunda pars, quæ totū occupat epistolæ corpus, est exhortatio ad bonos mores, ac constat his locis. Primùm hortatur ad tolerantiā præstandā sub cruce, qui locus hoc pacto tractatur. Primùm, exordium est ab ipsa propositione, cuius sententia est, *Pij gratanter crucem nomine Christi debent subire.* Hanc propositionem mox confirmatione probat. Tertiò, præoccupatione ostendit quibus mediis ad hanc virtutem perueniamus. Quartò, digressione ostendit ad omnes pertinere hanc doctrinam, pauores & diuites. Ultimò, exclamatio concludit locum. Atque hæc ad unā speciem crucis pertinet, quæ nomine Christi imponi solet. Supereft altera species tentationis, quæ oritur à propria carne: hanc studiosè separat à supe-

riori, ac sua cōstat etiam tractatione. Et hactenus locus primus de cruce, quam Apostolus vocat in genere tentationem. Secundus locus 2. capite proponitur, de conuentibus publicis cōgregādis sine prosopolijsia, quem locum illustrat apposito exemplo, & expressa mimesi, aliisque locis tractationis. Tertius locus est de fide ornanda operibus, ac planè pertinet hic locus ad generalem sententiam, contra eos quibus fidei nomen frequentius erat in ore, quam bonorum operum exempla in moribus. Quartus locus est cap. 3. de vitijs linguae & de eiusdē commodis, ut reprimeret auditatem docēdi in nonnullis. Quintus locus contra contentiones & similia vitia, quæ ex voluptatibus oriebātur, qualia sunt ira, obtrēctatio, inuidia, æmulatione. Sextus contra præsumptionem oris in quotidiano sermone. Locus ille

le tractatur cap.4. à ver.13. ad finē vsq;. Septimus de officijs diuitum & pauperum, qui & ipsi in vtraque fortuna professionem ornare debent. In diuitiis liberalitatem requirit: confidemtiam, tenacitatem & fraudem taxans. In pauperibus verò patientiam postulat exemplo Prophetarum & Iobi : item ne murmurent seu cōtra Deum, seu cōtra diuites tenaciores. Reliqua iterum ad omnes ordines pertinent, vt quād non sit iurandum, diligēter orandum & orationi coniungendas confessiones peccatorum. Demum omnibus incumbendum vt errantes reducātur in viam, quæ omnia si p̄f̄stiterimus vtique professionem fidei quām elegantissimè ornabimus.



DISPOSITIO PRIORIS

Epistolæ D.Petri.

Argumentum.

DOCEST Apostolus Petrus, quāta beneficia Deus conferat electis per cognitionem Euangelij, eāmque solam habere cōsensum cum Prophe tica doctrina, ideo ut antiquissima & certissima seriō est conseruāda. Hinc descēdit ad mores & omnes ad virtū tes renati hominis prouocat, nec solūm in genere, sed descendit ad spe cialia, vt quid subditi debeant magistratui, quid serui heris, quid vxor ma rito, quid maritus vxori, quid doctor gregi, & quid grex doctoribus, & similia multa, quæ veram habent ethi cam philosophiam Christianam.

AV.

AVTOR EPISTOLÆ.

Autor epistolæ omnium consen-
su est Apostolus Petrus , qui natione
fuit Galilæus, ex vico Bethsaïda oriū-
dus, patrem habuit Ioannem piscato-
rem, fratrem Andreatm, eiusdem pro-
fessionis hominem , cum quo ascitus
est ad Apostolatū dum pescarētur ad
mare Galilææ; vt est apud Matt. cap.
4. Nomē illi fuit ex circuncisione Si-
meon, quod ei mutauit Dominus, vt
est Mar.3. & Ioan.1. Tu es Simeon fi-
lius Ionæ, vocaberis Cepha, quod in-
terpretatur Petrus. Sonat autē Ceph
aut cepha petram. Græci more Attico
~~πέτρον~~ verterunt. Et quia Syra est di-
ctio, ideo in sua versione hanc clausu-
lam (quod interpretatur Petrus) non
habent. In inscriptione tamen huius
epistolæ omnia tria coiunxerunt, E-
pistola Petri Simeonis Cephæ , vt in-
telligamus indubitâter epistolam ad

b.j.



Apostolum Petrum pertinere. Porro Petrus videtur dictus propter fidei constatiam & robur: præterea quod singulari audacia esset præditus interrogandi Dominum, & respondendi pro aliis, ut est videre apud Mat. 16. & 18. capitibus.

QVIBVS DEDICETVR EPISTOLA.

Scribitur epistola præsens ut constat ex titulo aduenis & peregrinis, quam vocé ferme omnes intelligunt de Iudæis, qui tum propriè dicti sunt aduenæ & dispersi in toto imperio Romano, quo sensu solis Iudæis scriberetur. Cæterum si expēdamus consequentia, videtur totius ecclesiæ habita esse ratio, nō solūm Iudæorum. Nam infra cap. 2. ver. 10. loquitur etiā de Gentibus conuersis, qui olim non fuisti populus, nūc populus Dei, qui non eratis misericordiam consecuti,

nunc

nunc eam consecuti estis , dilecti orovos quasi aduenas & peregrinos, &c. Quæ certè de Iudæis non possunt solùm intelligi. Sic cap. 4. ver. 3. loquitur cum fidelibus tanquam ex Gentibus cōuersis. Itaque sic statuendū est, principem Apostolorum Petrum nō tam Iudæorum quām omnium cōuersorum habuisse rationem, quandoquidem sancti propriè sunt aduenæ & peregrini in hoc mundo.

OCCASIO.

Occasio , vt appareat, oblata est ex aduentu Syluani, qui priùs cum Paulo in diuersis locis docuerat & instituerat ecclesias, ad quas nunc redditurus Babylonem transiuit, & istic vt videntur, cōuenit Petrum à quo hāc epistolam ad omnes electos accepit, vt partim armaretur cōtra aperta pericula, partim instrueretur contra fallos fratres, qui passim sanam doctrinam va-

b.ij.

riis modis corrumpebāt, quemadmo-
dum Satan versitus est interpres reli-
gionis.

GENVS.

Genus principale *προτρεπτικόν* est
quia bene & recte institutos horta-
tur ad constantiam in doctrina Euau-
gelica, Accedūt postea *Διδακτικόν* quo
docet doctrinam Euangeliū antiquis-
simam esse & consentire cum doctri-
na Prophetarum. Sic quædam sunt
Επανεπίκλησις, quibus laudat bene currē-
tes. Quædam *παιδευτικά*, quibus insti-
tuit omnes ordines, quod sit singulo-
rum officiū, & quædam *Ψευτικά*, qui-
bus inuehitur in corruptores sanæ
doctrinæ.

PROPOSITIO.

Propositionem sumimus ex 13. ver.
1. capitis, vbi inquit, perfecte sperate
in gratiam vobis oblatam in reuelatione Iesu Christi. Itē ex ver. 12. 5. cap.
vbi

vbi inquit, scripsi vobis breuiter ut exhortarer & testarer hāc esse veram gratiam Dei, in quam collocati estis. Itaque hāc est sententia Apostoli, In hac religione de Christo , quam iam didicistis debetis esse constātes, eamque vita & moribus quām decētissimè ornare, quod indubie est perfecte sperare in gratiam Dei , & agnoscere hanc vnam esse veram religionē, quę Deo placeat. Propositionis capita duo sunt , prius de cōstantia p̄fstan- da in suscep̄ta religione, hanc partem absoluit primo cap. & habet ferme duo eius fundamēta. Prius quod per hanc doctrinam nobis summa Dei beneficia offerantur. Alterum, quod hāc doctrina cōsentiat cum Prophe- tis. Nam ex his duobus sequitur: ergo oportet esse constantes in hac doctri- na, & eā summopere exosculari. Po- sterius membrum propositionis agit

de bonis moribus, & officiis renati
hominis, quæ omnia pertinent ad
τελεότητα spei, quam requirit ab ele-
ctis.

PARTES.

Partes ita connecto. Initio est titu-
lus, qui continet personam scribentis
& personam eorum ad quos scribi-
tur, & demum piam cōprecationem.
Secundo loco ponitur exordiū, quod
ducitur à rerum magnitudine. Ordi-
tur enim à cōmemoratione summo-
rum beneficiorum Dei, quæ piis offe-
runtur in hac professione, qualia sunt
regeneratio, conseruatio in omni for-
tuna, consolatio in aduersis, probatio
fidei, & similia. Quæ eò faciunt, vt a-
nimum legentis excitent, & rapiant
in admirationem diuinæ gratiæ. Iстis
mox addit consensum Propheticum
cui innititur Euāgelica professio. At-
que haētenus exordium, quod planè
facit

facit ad attentionem. Tertio loco se-
quitur *πότασις* principalis, in hac do-
ctrina perfecte consistendum esse, hoc
est, constanter inhærendū illi. Con-
stantiam iam probauit ex tractatione
exordij, ideo mox transit ad alterum
membrum propositionis de innocē-
tia vitę. Cui annexitur quarto loco
πατασκευὴ cōfirmatio, usque ad finem
1. capit. Initio 2. capit. est renouatio
propositionis, de vitæ innocentia ser-
uanda, quam tanquam *πόρισμα* ex su-
perioribus infert, & mox nouis ratio-
nibus & argumentis propositū suū
munit. In quo versatur usque ad ver.
13. quo loco θέση quodammodo de-
ducit ad speciem, & ostendit quibus
officiis obediētia sit declaranda erga
magistratum. Deinde quomodo ser-
ui colere debeant suos heros. Capite
3. hanc eādem rem persequitur. Nam
cōmemorat adhuc œconomica offi-

cia yxoris & mariti , a quibus iterum
se recipit ad generalia, commemorás
talia, quæ ad omnem sexum & ordi-
nem spectat, vsque ad finem illius ca-
pitis. Capite 4. iterum est renouatio
propositionis, ab initio capit is, cui no-
uæ adduntur rationes vsque ad ver.
8. à quo specialia iterum commédat,
dilectionem , hospitalitatem , in do-
cendo vigilantiam , in afflictionibus
constantiam , innocentiam in perse-
cutionibus, & similes virtutes. Cap. 5
specialia persequitur. Nā ostédit quid
doctores gregi debeant , & vicissim
grex suis doctoribus. Item qua reue-
rétia iuuenes senioribus obedire de-
beat. Mox ad generales virtutes iterū
cōuertitur, vsque ad ver. 10. quo loco
statuatur 5. pars epistolæ quæ cōtinet
epilogū, qui complectitur ferme illa:
Comprecationē, propositionis reno-
uationē, & mutuas salutationes, &c.



COMPOSITIO POSTE- rioris Epistolæ D. Petri.

Argumentum.

Apostolus Petrus in priori epistola magis voluit redere cōstantes in professione Christiana , ne scil. pīj metu periculorum, aut mole persecutionum deficerent à veritate. In hac autem posteriore magis hoc vrget, vt pīj crescāt in dies in renati hominis virtutibus, quibus professio ipsa est ornanda: differit interea de aliis quoque locis, vt de cāuēdis falsis doctribus, de consensu doctrinæ Prophetice & Apostolice, de statu nouissimi tēporis, de præstātia Paulinæ doctrinæ , quæ omnia magno ardore piis inculcat.

A V T O R.

De autore huius epistolæ litem semper mouerunt Orientales. Nam

vnam saltem D. Petri agnoscant, vnde Niceph. lib. 5. cap. 16. primam solūm illi tribuit, secundæ quidem facit mentionem, sed non sine suspicio-
ne: idem facit Euseb. lib. 3. ecclesiasti-
cæ historiæ cap. 3. & hodie Syri hanc
etiam reiiciunt, quanuis inter Græ-
cos Athanasius hanc ingenuè admit-
tat, quod vel inde constat quòd hanc
etiā vt reliquas Apostolicas illustrat
synopsi. Occidētales ecclesiæ semper
hanc consentienter admiserunt, & sa-
nè si locos ipsos expendas, multa ha-
bet cum prima communia, vt locum
de cōsensu Propheticæ dōctrinæ, lo-
cum de ornanda professione vita &
moribus, & similes: per cætera nihil
habet, quod seu spiret, aut alat hære-
sin. Itaque hanc accipiamus tāquam
à spiritu Petri profectam.

QVIBVS SCRIBATVR.

In scribendo Apostolus omnium
sancto-

sanctorum habuit rationē, quod inde colligimus, quia inquit *ποιεῖται παντες πίστω λαχθῆσι*, qui parē nobiscum consecuti sunt fidem. Nam hac phrasī æquat Iudæis Gentes in Christo, & Apostolorum fidem ut vt fuerit excellēs gradu, submittit ad omniū credentiū in Christū infirmitatē. Itaque & nobis & toti posteritati scripta est.

OCCASIO.

Vt constat cap. i. ver. 14. & 15. vici-nus iam erat morti, itaque ut fideles tum viuentes & posteritas haberent testimonium Apostolicæ doctrinæ, hanc secundam scripsit. Præterea ut firmam haberent consolationem in omni fortuna, item ut cautos redde-ret contra seductores. Ideo cap. 2. tam diligenter describit, quales futuri sint doctores illi: & cap. 3. illorum recen-set absurdā dogmata, & mores Epicuraicos, ut constaret quid doctrinæ

Apóstolicæ conforme esset aut minus. Quare tanquā cygnea cātio hæc secunda superiori accessit , cum iam morti esset proximus.

G E N V S.

Genus principale est exhortatiōnū. Nam scopus est excitare ad incrementa virtutū. Sic cap. i. hoc facit, & cap. 3. ver. 1. idem indicat , & eiusdem cap. ver. 14. & similibus locis. Accedunt postea quæ hoc illustrāt, vt Επιδεικνύων , quo ostēdit hanc verā esse religionem quam ipsi acceperant de Christo, vt cap. i. ver. 16. non arte confectis fabulis patefecimus vobis virtutem domini Iesu Christi, sed cum fuissemus inspectores illius maiestatis, & ver. 19. habemus firmiore ſermonē propheticū, cui si attēdatis recte feceritis. Et cap. 3. ver. 2. iterū reuocat in mentē consensu doctrinæ apostolice cum doctrina prophetica, quæ apud pios

pios vim habent demonstrationis. In multis se præstat etiā vatem, vt cap. 2. prædicit falsos doctores sēper fore in ecclesia, & cap. 3. prædicit in ecclesia fore Epicureos qui vitā æternā & re nouationē totius creaturæ negaturi sint, & ob id magna leuitate & petulatia vera dogmata de resurrectione sibilabūt. Sūt quædā etiam *Διδακτικα* vt quod cap. 3. ver. 5. & 9. ostēdit quo cōfilio dominus differat suū aduentum, nimirū quod nolit aliquos peri re, sed per pœnitentiā ad veritatis cognitionē conuerti, id vt fiat tēpus illis concedit. Itē cap. 1. cur fides sit ornāda bonis operibus. Sunt quædā etiam *Ἐγκωμιασμα*, vt cap. 1. magnificè laudat scripturas veteris testamenti, quas nobis proponit tanquā lucernam in tenebris huius mundi incentem, & eodē cap. 1. ver. 12. ipsos fideles laudat vt firmos & bene fūdatos in veritate

Sic cap.3. magnifica laus est Apostoli Pauli & eius doctrinæ. Quædam etiam sunt φειτηνα, vt cap.2. & 3. vbi de falsis agit doctoribus. cap.2.12. inter alia vocat ἀλογα ζω, hoc est bruta animantia, & ver.13. & consequentibus varijs epithetis illos insectatur. Inter alia πατάρας τέκνα perditionis filios, & ευπάκτιας hoc est illusores appellat.

PROPOSITIO.

Propositionem sumo ex cap.1. ver. 5. & 6. & cap.3. ver.18. ex quibus locis hæc sententia eruitur. Pij confitentes Christum semper cauti esse debent contra seductores, & in cursu Christianarum virtutum in dies magis magisque crescere.

PARTES.

i Partium ordo hic est. Primùm pro more epistolari titulus est, comprehendens duos priores versus.2. Se cundo

cūdo loco est exordium ver. 3. quod sumitur à magnitudine beneficiorum Dei , ac pertinet ad attentionem. Vult enim mentes nostras rapere in admirationem beneficiorum eius, ut mox Dei exēplo nos hilares efficiat sectatores bonorum operum. Sententia eius est, Deus valde liberaliter cōtulit nobis omnia quæ sunt necessaria ad vitam æternam consequēdam & veram pietatē retinendam. Versus 5. sequitur generalis *ωροτασις* , quod oporteat bonorum operum studio in dies magis & magis crescere. Proponitur hoc elegāti gradatione, qua complectitur virtutes renati hominis , ac nititur præcedenti exemplo Dei. Ver.8. sequitur cōfirmatio propositionis. Ostendit enim cur oporteat his virtutibus incumbere. 1 quia sic non erimus otiosi auditores Christi. 2. quia sine his cæci sumus & Dei

beneficiis ingrat. 3. studium harum
virtutum confirmat electionem no-
stram. 4. hæ virtutes arcent à nobis
errores & quotidiana peccata. 5. per
has solas aditus nobis patet & cursus
felix ad vitam æternam. 6. quia firmi
in fide hac exercitatione habent o-
pus, iudicio & autoritate Petri. 7.
quia hoc requirit certitudo Aposto-
licæ doctrinæ, cuius ipse Petrus est &
auritus & oculatus testis. Demum
hoc ipsum postulat Prophetica do-
ctrina consentiens cum Euangelio.
Quinta pars cap. 2. nouam proponit
propositionē de vitandis falsis docto-
ribus, ac videtur inter hærefes præci-
puè numerare illud, quod iam corre-
xit in vita & moribus, scil. sine studio
bonorum operum profiteri fidem.
Initio ergo est ~~apostatis~~ comparati-
one instituta, Semper erunt hærefes in
ecclesia Christi, quemadmodum in
veteri

veteri populo fuerunt. Hanc sententiam ~~ex theoreis~~ illustrat à doctrina & moribus, comminatione quoque recenset pœnas, & consolatione agit de conseruatione piorum in tam corrupto seculo, & hanc munit exemplo Lothi, mox digreditur in mores dissolutè viuentium, quales profus sunt Libertini Christianæ professionis.

Tertio cap. repetit initio propositionē, quam munit cōfilio scribendi, & suam doctrinā propheticō consensu iterum confirmat. Secundo loco propositionē illustrat genere doctrinæ hæreticorum, quod scilicet doctrinam Christi prauis moribus corrupturi sint. Tertio loco cōfutat istorū hæreticorum institutū consilio Dei & manifestis exemplis. Quarto loco opponit corruptæ huic doctrinæ sanitam doctrinam de vitæ innocentia, quæ sola habebit remunerationē in-

aduentu domini , inde manifeste digreditur in exhortationē ad innocentiam vitæ & morū integritatē, vsque ad ver. 17. Inde sexta cōstituatur pars & vltima, epilogus epistolæ , constás admonitione, repetita etiā propositiōne, ac tertio ἀπολογίᾳ.



DISPOSITIO PRIMÆ EPIS- TOLÆ IOANNIS EUANGELISTÆ & APOSTOLI. *Argumentum.*

IOANNES EUĀGELISTA & APOSTOLUS INFORMAT PRÆSEN-
TI EPISTOLA VITAM & MORES
HOMINIS CHRISTIANI, AC OS-
TENDIT NON SATIS ESSE QUOD DICAMUR
FILIJ DEI, AUT QUOD HABEAMUS CŌMU-
NIONEM CŪ DEO , IPSŪ NOUERIMUS, IN
IPSO SIMUS, IN EO MANEAMUS, AUT IN LU-
CE EUĀGELIJ AMBULEMUS, NISI ACCESE-
RIT VITÆ INNOCENTIA, & MANDATORŪ E-
IUS

ius obseruātia , quæ omnia in primis
ad duo restringit, ad regulā fidei & di-
lectionis. Interim alios etiā locos per-
sequitur, ut de cognoscēdis & probā-
dis spiritibus , de vitandis malis do-
& toribus & similia.

A V T O R.

Omniū consensu hæc epistola est
Ioānis Euāgelistæ & Apostoli, quod
Syri etiā fatentur. Fuit is filius Zebe-
dæi & frater Iacobi, & inter Aposto-
los in primis dilectus Domino Chri-
sto, vnde in cœna vltima in eius sinu
recubuit, & trāfigurationi in monte
adhibitus fuit, & sub cruce ipse solus
ex Apostolis adfuit, lōgæuitate quo-
que præ reliquis donatus est . In quo
cursu variā expertus est fortunā. Nā
& venenū guistasse , & oleum feruēs
illæsum ingressum esse testatur histo-
riæ. In Pathmo exulasse certū est ex
Apocalypsi , vnde restitutus Ephesi

adhuc diu vixit, & ibidē mortuus & sepultus, de quo vide copiosius Hieronymū in vita Ioannis Euangelistæ. Eusebium lib.3. historiæ ecclesiasticæ cap.1.18.20.23. & 25.

QVIBVS DEDICATA sit.

Scribitur præsens epistola ad omnis ætatis homines qui Christū profertur, quemadmodum cōstat ex 2. cap.ver.12. in quibus format quasi à cunabulis bonos mores, vnde vere est Canonica. Est enim Canon facendorum & omittendorū regula. Et quia inter professos pietatē duo genera erant hominum, ut & adhuc sunt, infirmi scil. & gloriosi, vtrosque ad medium reducit, & infirmos præmonet de lapsu, gloriosos verò dēhortatur ab hypocrisi, ne se ornent titulis Christianæ professionis speciosis, sine morum & vita innocentia.

OCC A-

OCCASIO

Occasio apparet Apostolo esse oblatā quēmadmodū in scribendo Euangelio. Nam vt illic excitatus est Cerinthi & Hebionis temeritate, sic in scribēda hac epistola prouocatus est licētia viuēdi, imprimis eorū, qui speciosa nomina Christianæ libertatis perpetuō haberēt in ore, interim his nominibus non respōdebat vita, ideo i. cap. & 2. ex illorū persona loquens, inquit: Communionem habemus cum Deo: item, cognōimius ipsum: item, in ipso sumus, in ipso manemus, in luce ambulamus. Quę omnia glorioſi professores Christiani hominis sonabāt neglecta b̄ seruanta dilectionis, ad quam eos diligenter hortatur.

GENVS.

Genus principale, vt apparet, est

œ̄us mōv, quærit enim qui sint veri filij

Dei, nec in eo contentus est externis
nominibus huius professionis, sed ex
ipsis fontibus & effectis filiorum Dei
& ipsius fidei de re cōstituit. Hoc ut
cōmode præstet assumpsit vicina ge-
nera, Εἰδεικηπαὶ, quo colligit veras
notas & proprietates filiorū Dei, quæ
infallibles sūt & cōstituunt Εἰδειξη.
Sic accedit Διδαχὴ docens quid de
Christo credendum sit, quomodo
Christus habēdus sit, λαζηπον quoq;
h.e. propitiatio pro peccato, quomo-
do distinguēdi sint spiritus, vt eō cō-
modius vitari possint. Sunt quædam
προτρεπτικαὶ, vbi expresse hortatur ad
obseruantia mandatorū Dei, ad præ-
standam eleemosynam, dilectionis
opera & similes virtutes. Atque hæc
omnia ad materiam præsentem spe-
ctant. Genus verò compositionis est
ἀφορισμὸν. Nam breue & sententio-
sum est, vt singula cōmata ferme toti-
dem

dē habeant prēcepta vitæ, eo genere
olim vſi sunt medici, & postea idem
assumpserūt philosophi Ethici, & o-
ratores, hinc ad pietatem quoque de-
uenit.

PROPOSITIO.

Propositio totius epistolæ hæc est.
Filij Dei reuera isti sunt, qui sana de
Christo doctrina imbuti fidem inte-
gritate vitæ exprimūt. Nam vult A-
postolus detrahere hypocritis laruā
& speciosos titulos, quibus vtebātur
sine fructu, quemadmodum hodie
in ecclesia Christi passim speciosa no
mina circumferuntur.

PARTES.

Partes epistolæ sic connecto. Prin-
cipio est exordiū à re ipsa sumptum,
& commodè refertur ad tres locos.
Primus est attentio. Nam à rerum ma-
gnitudine exorditur. Alter habet do-
cilitatem. Ostēdit enim qua de re sit
c. iiiij.

acturus. Propositio exordij h̄c statuenda est. De filio Dei vos erudiam, & quomodo vos qui nomen illius profitemini in hac vita cōuersari debeatis docebo. Tertius locus exordij ad benevolentiam facit, ostendit enim ad quid piis profutura sit h̄ec doctrina. Facit ad veram sanctorum cōmunionem, hoc est, ut profitētes nomen Christi, seriō sint mēbra ecclesiæ, deinde seriō cōmunionem habeāt cum Deo, & demum verè sint Christi filii Dei fratres & mēbra, demum æterno fruātur gaudio. Secundo loco sequitur declaratio filiorum Dei ver. 5. Descripturus autem veros Dei filios, colligit quasdā proprietates, per quas ab hypocritis possint discerni, cum externa professione non cōmodē distinguantur. Itaque intelligendus est Ioannes loqui ex cōmuni professio-
ne, cùm inquit, Habemus commu-
nionem

nionē cum Deo; Deū cognoscimus,
in Deo sumus, in Deo manemus, in
luce ambulamus. Nā his vocibus etiā
hypocritæ vtebātur, vt adhuc hodie.
Notæ ergo veræ sunt hæ. I. Vita &
moribus abulare in luce. II. interea
se fateri peccatorem, vtvt peccata cu-
piat cauere. III. seruare mandata Dei.
III. ad exēplum Christi quām inno-
cēt s̄simē viuere. V. amare fratres eius
dē professionis & in eo dilectionē &
fidem declarare. VI. odiſſe mundū &
res mundanas. Et hæc perducuntur
vīque ad ver. 18. secūdi cap. Tertia er-
go pars istic statuatur, quæ habet lo-
cum de cognoscēdo Antichristo & e-
ius doctoribus cauēdis, ac videtur per
ἰωαννὸν additus locus: quemadmo-
dum enim veri Dei filij cognoscēdi
sunt ex suis notis, sic seductores &
filij tenebrarum quoque cognoscēdi
sunt suis proprietatibus. Tractatur

hic locus vsque ad initium tertij cap.
Capite 3. statuatur quarta pars epistolæ, quæ habet redditum ad veras notas filiorum Dei. Itaque iterum colligantur hic notæ sanctorū. Initio autem magnificè extollit dignitatē filiorum Dei, & per p̄eoccupationē diluit cur tāta dignitas in hac vita non cōpareat. Hinc subiicit notas hoc ordine. Prima vera filiorū Dei nota est spem omnē vitæ in vno Christo collocare. 2. in hoc ipso Christo seipsum purgare à peccato. 3. Christū vnicum agnoscere remediu contra peccatum 4. cauere peccatū, ne peccet ad exemplum Christi. 5. Iustitiam quoad fieri potest exprimere. 6. re ipsa dilectionem fraternalm declarare. 7. odio esse mūdo, & vicissim odio habere mundum. 8. pro fratribus etiā velle mori, quod sic intelligo, non recusare mortem pro veritatis cognitione, in hoc ipsum

ipsum ut fratres in eadem confirmen-
tur. Nam dum fratres in ea professio-
ne robustiores fiunt, videtur marty-
res pro ipsis mori, & hinc digreditur
in commendationem dilectionis, &
ea ab effectis ornat, ut quod nos cer-
tos reddat de veritate, pacatas faciat
cōscientias, hilarem aditū ad Deū a-
periat, certos de exauditione reddat.
Ex his colligatur nona proprietas fi-
liorum Dei, non tam verbo quām re
ipsa fratribus declarare dilectionem
in omni vita operam dare ut co-
ram Deo & omnibus pacatam reti-
neat conscientiam. Atque his finitur
tertium caput. Quinta pars initio 4.
capiti⁹ statuatur. Est enim noua ἐπι-
σολή, in qua repetit locum de pro-
bandis spiritibus Antichristi, quem
explicuerat capite secundo ver. 18. &
eadem præscribit ferè notas, quas
suprà iam vidimus. Tractantur hæc

Visque ad ver. 7. Illic igitur statuatur 6.
pars. Nam redit ad cōmendationem
dilectionis. Commēdat autem dilec-
tionē ab ipsis fructibus, & imprimis
respondet iactabundis hominibus in
quorum vita non perinde elucebat
professio quemadmodū in ore. Ini-
tio cap. 5. transit ad commēdationem
fidei. Nam supra cap. 3. itē 2. ad nouū
& vetus præceptum reduxerat om-
nia, ad nouum præceptum intelligēs
doctrinam fidei: vetus autem præcep-
tum, erat præceptū dilectionis, quod
tamen Christus certa ratione etiā vo-
cauit nouum. Rectè igitur post com-
mendationē veteris præcepti, h.e. di-
lectionis, subiicit commendationem
noui præcepti, h.e. fidei. Hanc ergo
commēdat etiam ab effectis. Nam ex
ea nascitur regeneratio, verus amor
Dei, amor etiam proximi, obseruatia
mandatorū Dei, victoria cōtra mun-
dum

dum, &c. Hinc transit ad subiectum fidei quod est Christus, & ostedit eius doctrinā niti firmissimis testimoniis. Durant hæc usque ad ver. 13. Ab eo loco septima pars statuatur, Epilodus: cōtinet autem breuem repetitōnem & summam totius Apostolicæ doctrinæ. Deinde exhortationē subiicit de cauenda idololatria; quafinit etiam epistolam.



COMPOSITIO SECUNDÆ Epistolæ D. Ioannis.

Argumentum

Epistola hæc secunda tractat locum de dilectione mutua, ad cuius exercitationem hortatur familiā cuiusdā viduæ, & simul præmonet de cauendis seductoribus, qui passim circuibāt & insinuabant se familijs:

præsertim viduarū vt eas seducerēt,
dat etiā regulam cognoscēdi tales ex
discrepantia morū, & ignorantia do-
ctrinæ Christi, cū quibus nulla debet
esse pijs communio. Pernicioſa enim
est, & contagiosa vt inquit Ioannes.

AVT OR.

De autore semper variatū est, Aſi-
atici nunquā agnouerunt canonicā,
neque retulerunt ad autorē Ioannē
Euangelistam, vnde nec Syri hodie
illam agnoscūt sed tribuerunt cuidā
Ioáni p̄ſbytero, occasione ſūpta ex
iſcriptione, quā ſententiā refert Eu-
ſebius lib.3. cap. 39. indicans duo eſſe
ſepulchra apud Ephesios nomine
Ioannis, vnum Ioannis Euangeli-
ſtæ, cuius p̄cedens ſit epiftola, al-
terum Ioannis p̄ſbyteri, cuius
hæ duæ posteriores & Apocalyp-
ſis. Alij hinc tres cōſtituerunt, vt ter-
cīus ſit Ioánes theologus. Sed poſſunt
poſteriora

posteriora duo intelligi epitheta eius
dem personæ , vt presbyter dictus sit
idem Ioánes Euangelista nunc in ex-
trema senectute & autoritate sum-
ma qua pollebat apud Asiaticas eccl-
sias, & idē sit Theologus, h.e. verè ha-
beat cognitionem Dei , & possit de
Deo solidē homines instituere. Quā
sententiā recitat Euseb. lib. 6. cap. 18.
ex Origene, vbi indicat tres epistolas
& Apocalypsin ab Origene eidē Io-
anni attribui , nodum tamen de du-
plici sepulchro apud Ephesios non
soluit. Hæc sententia hodie recepta
est, cui libenter accedo , quia doctri-
na huius epistolæ superiori congruit,
& phrasibus vtitur planè Ioannis ,
alioquin quod compositionem at-
tinget magis discrepat , ac recedit
ad compositionem Pauli , qui vtitur
in omnibus epistolis, titulo, exordiis,
propositionibus, confirmationibus,

epilogo, quæ in hac epistola omnino
feruata sunt, non perinde ab Ioanne
in superiori.

C V I S I T D E D I C A T A.

Scribitur epistola ad quandā vi-
duam, quæ cū liberis suis verā nunc
de Christo hauserat cognitionem, &
hanc vita & moribus apprimē orna-
bant. Huic viduæ quod fuerit nomē
incertū est. Lyranus Babyloniā facit,
& proprio nomine dictā fuisse Ele-
ctam, & eiusdē nominis sororē quo-
que ipsius Electam, sed mirari possis
ynde Babyloniæ mulieri Romanum
nomen, aut si illa Romana fuit, quo-
modo istuc trāslata minus placet Al-
legoria qua nonnulli docēt sub Ele-
ctæ nomine subintelligi totā ecclesi-
am ad quā scripta sit epistola, verū
scire debemus hūc allegoriarū vsum;
tum non ita frequenter fuisse, nec ali-
quis pudor aut metus impedit lo-

annem̄

annē quin scripturus ad ecclesiā vtere
tur eo nomine , præterea grauior &
amplior indubie scripta fuisset epi-
stola, si in scribendo sibi proposuisset
personā ecclesiæ. Ex consequēti ergo
solūm pertinet ad totā ecclesiā, quod
hīc scribitur vni personæ. Est enim e-
pistola planè familiaris, qualis illa ad
Philemonem.

OCCASIO.

Occasio scribendi oblata est ex fa-
miliaritate & quadā priuata cōsuetu-
dine cum hac familia, in qua haud du-
biè hospitio fuit suscep̄tus & depre-
hendit castos mores , & piā de Chri-
sto doctrinā absens ergo ad constan-
tiam pr̄sentis & doctrinæ & vitę co-
hortari voluit. Accessit indubie me-
tus futuri lapsus. Videbat enim quid
emineret nō solūm priuatis familiis,
sed etiā integris ecclesiis, vt facili occa-
sione saepe mirificè corrumperentur,

d.j.

ne idē huic familiæ eueniret, præmo
nere voluit. Quod ipsum Apostolus
Paulus s̄epe inculcauit ecclesiis , &
priuatis hominibus , vt est videre in
2.ad Tim.cap.3.

GENVS.

Genus principale est ἀριτεωτικὸν ex-
hortatoriū. Respexit enim præsentes
mores & agnitionem de Christo, in
quibus voluit eos cōfirmare. Accedūt
huic quædā Επανεπνα, vt in exordio,
& ipso titulo prædicat fidē illorū , vt
qui digni sint amore sanctorū. Acce-
dunt etiam quædam Διδακτικα', qui-
bus dōcet quid sentiendū sit de dilec-
tione , de exhibito iam Christo, de
eius doctrina, de notis Antichristi, de
seductoribus, de contagione peccati.

PROPOSITIO.

Propositio est, Vidua & pia illius
familia in fide Christi semel suscepta
& mutua dilectione cōstanter perdu-

rare

rare debet , & simul corruptelas doctrinæ vigilanter cauere. Quæ omnia proponit non solum phrasibus , sed & verbis ipsius Ioannis Euangelistæ.

PARTES.

Partes epistolæ sunt ita connexæ. Prima est titulus, comprehēsus 3. versibus, ac cōpositus more Paulino. Expressit enim personam salutantē, personas quibus salus dicitur, & cōprecationē. His interposita est επεμβολὴ quę facit ad benevolentia conciliandam. Cōprecationis tria sūt mēbra etiā Apostolo Paulo familiaria, Gratia, pax, & misericordia, quemadmodū vide re est in 1. & 2. ad Timotheū , & in epistola ad Titū: his verbis superius Io annes usus non est, nec infrā vtitur in tertia. Iacobus simpliciter dixerat χαιρετίν & Petrus addiderat πληθυνθείν multiplicetur. Altera pars v. 4. cōstituitur Exordiū scilicet, quod & ipsum d. ij.

ad benevolentiam pertinet, exprimit enim bonos mores veri amici, cuius proprium est alienis virtutibus gaudere. Tertia pars est ver. 5. Propositio, cuius primum membris est, Vidua hęc cum sua familia in exercitio Christianæ dilectionis quam-constatissime perdurare debet. Hoc proponit etiam more Paulino, rogans ubi imperare poterat, & mox hoc ipsum quod rogat, mollit Christiana correctione, præceptum vocans Christi & quidē vetus, quod de dilectione mandauerat, respiciens ad locum Ioannis 13.14. & 15. Quarta pars ver. 6. continens propositionis *πειθεσθαι*, ostendit enim quam dilectionem suadeat. Hęc verba iterum phrasibus Ioānis explicantur, sunt enim *σπίτης*, qualia supra in prima epistola cap. 5. ita hoc loco definit quæ sit dilectio, scilicet quæ seruet Dei mandata, quod illi est ambulare

lare in illius mandato. Et mox *avertit* hoc est, inuertit modū definendi, & ex eadem sententia definit mandatum. Ver.7. continetur alterā pars propositionis de falsis doctoribus diligenter cauendis. Locus pertinet ad curam sinceræ fidei & sanæ doctrinæ conseruandam, ideo notis aliquibus describit corruptores doctrinæ iam traditæ, & rei exprimit certum casum: continuatur hæc usque ad ver. 12. Iстic statuatur Epilogus, cuius membra sunt excusatio breuitatis, quæ nititur reiectione in opportunius tempus, addita est promissio sui aduentus, quæ faciebat ad leniendum desiderium eius: tamen aduentus sius causa finali commendatur, demum subiiciuntur salutationes.



Oannes familiari hac epistola hortatur Gaium veteré suum hospitem, vt in studio hospitalitatis pergit, nec moueatur Diotrephis seu misericordia, seu contrario exēplo, interim commendat illi peregrinantes nomine Christi, & inter eos Demetriū nominatim pium virum & dignum suo hospitio.

A V T O R.

Statuimus autorem huius epistolæ Ioannē Euangelistā: quæ cōtrà adferruntur, iam suprà partim discussa sūt. Vide in argumēto Hieronymū in vita Ioannis & Papiæ. Apud Syros non quidē est in Canone, sed tamen priuatim legitur ipsorum lingua, vt superior secunda, & consequens Iudæ.

CVI DEDICATA SIT.

Scribitur ad quendam Gaium , qui quis fuerit non satis cōstat, nisi quo d probabili coniectura colligi potest hominē fuisse Romanū,cui astipula tur nomē Gaii , aut si Romanus non fuit,saltē Rom. iure Romanū asciuit nomē,quod ipsū quoq̄ Paulū fecisse diximus.Forte Corinthius fuit patria, aut saltē habitatione. Nam ad Rom. 16. inde scribēs, ait, Salutat vos Gaius hospes meus,& totius ecclesiæ,& cō trā in priori epistola ad Corinth. cap. 1.gratias agit Deo, quod apud eos ne minem baptisarit excepto Crispo & Gaio. Fortè hic ipse Gaius est bene meritus de ecclesia. Nā hoc loco Gaius ab hospitalitate prædicatur,& ille Gaius Paulinus,nō solū Pauli hospes est, sed totius ecclesiæ: quod si fuerit idē Gaius felicissimus fuit hospes,qu Paulū & Ioannem summos aposto-
d.iiiij.

stolos suo hospitio exceperit.

OCCASIO.

Occasio sumpta est à crebris commendationibus fratrum, qui apud Ioannem Gaii hospitalitatē miris laudibus efferebant, & cùm hāc etiam ipse Joannes expertus esset, excitatus est ut absens hanc ipsam in suo hospite commēdaret, hortaretūrque ad eius virtutis constantiam: simul voluit patetfacere eos qui tyrannidem affectabant in ecclesia, ut hosce cauerent.

GENVS.

Genus principale est ἀρτεμιδών. Nam omnino illi scopus est Gaium confirmare in præsenti proposito. Accedunt quæ hoc adiuuant & exornant, Επανεπίκλησις. Nam ostendit publicis testimoniis commendari suam virtutem, quam suo etiam calculo, & veritatis testimonio exornat. Accedit φεντικόν, quo hominem reprobum &

& tyrannidem affectantem in ecclesia perstringit. Accedit etiā συστατικὸν quo illi cōmendat pios nomine Christi peregrinantes , & gratis docentes Euangeliū inter Gentes. Nomina - timi autem συστατικὸν est, quod illi com mendat Demetrium.

PROPOSITIO.

Propositio est, Gaius quemadmo-
dum haētenus, sic deinceps in hospi-
talitatis studio perdurare debet, nec
moueri contrariis exemplis, quæ ei
in hac re obſtēbant.

PARTES.

Partes 5. sūt: Prima est titulus conti-
nēs inscriptionē & subscriptionē. Secū-
da, exordiū valde οἰθμὸν (id est mora-
tū) Nā à cōprecatione optat illi felicē
cursū in omnib⁹ suis occupationibus,
quę planè faciūt ad benevolentia, &
habēt salutationē, quę alioquin titulis
solet coniungi. Tertia est ver. 3. breuis

narratio continens occasionē, qua ad scribendū est inductus, & subiicitur superiorib[us] per αἰτιολογίαν hanc illustrat αὐξήσει v. 4. Quarta pars est v. 5. propositio, cuius sentētia est: perseverandū est tibi in studio hospitalitatis. Rationes ipsi propositioni inuolutuit. Primū, quia opus est πίπον, hoc est, quod ornet fidelē hominē, & adeò illic sit propriū. Deinde, quia hi sint fratres quibus id præstatur. Et tertio quia sint peregrini, & quartō quod virtutē hāc sequatur laus, quā gratitudinis nomine tibi reponūt, & 5. quia emanat illa laus ad totā ecclesiā, & 6. quia in ipsis quodāmodo Deus recipitur, & 7. pro nomine Christi peregrinatur: 8. gratis docēt Euangeliū. Hinc infert συντετρασμα, ergo nos debemus tales promouere & iuuare. Accedit 9. quod hoc medio reddimur σωτηριο: hoc est qui ministri veritatis

tatis non sunt, ita efficiūtur, vt & ipsi
quasi ministri Christi sint. Hinc διωξει
trasit ad cōtrarium exemplū, &
perstringit quendā, qui omnia sua ad
priuatas laudes instituebat, cui cōmi-
natur grauē expostulationē. Constat
ex eo exēplo studiū tyrānidis in eccle-
sia maturē radices posuisse. Huic ma-
lo exēplo opponit Gaii exemplū, &
ei cominēdat de nouo Demetrium,
quicquid Diotrepheſ cōtrā dicat. Du-
rāt hæc vsque ad ver. 13. Ibi statuatur
5. pars Epilogus, cuius loci sūt reiectio
longioris argumēti, promissio sui ad-
uentus, cōprecationis, & salutationes.

C O M P O S I T I O E P I S T O - læ D.Iudæ.

Argumentum.

 PO stolus Iudas idem
vrget argumentum quod
superiores Canonicæ epi-
stolæ, nimirum pios opor-
tere

portere vocationi suæ quām-diligen-
tissimē insistere. Nam Deus etiā pu-
nit vocatos si nō respondeat vocatio-
ni suæ. Hanc sententiā variis exēplis
probat, ut historia populi Dei in quo
post liberationē ex Ægypto multa
extāt iræ diuinæ testimonia, ita inter
Angelos exēpla sunt pœnarum. Sic in
Sodomitis & Gomorrhæis. Hæc &
similia applicat ad statum ecclesiæ in
qua similia portenta extabat, quem-
admodū semper etiā adhuc extant.

AUTOR.

De autore epistolæ dubitatum o-
lim fuit & adhuc hodie nonnulli du-
bitant, sed libéter admitto ipsum A-
postolum Iudam hanc conscripsisse,
eū, in quā, qui appellatus est Lebbæus
& Thaddæus, qui fuit Alphæi filius,
& (vt hic dicit) frater Iacobi Iusti,
& per cōsequens Simonis Cananæi
vocatio illius habetur apud Matt. io.

Luc.

Luc. 6. Mar. 9. & repetitur Act. 1. Docuit is Euangelium in diuersis nationibus, Mesopotamia, Ponto, Ægypto & Perside, ubi à Magis, ut tradunt, imperfectus est, quod liberius illorum superstitiones reprehenderet.

Vide Euseb. lib. 2. cap. 33. Hier. in Catalogo. Cæterum qui illi hanc epistolam negant, istis ferme utuntur rationibus. Primum, quod non vocat se Apostolum. Deinde, quod materia ferme consarcinata videatur ex 2. epistola Petri capite secundo & tertio, quod certe apocryphum librum Prophetæ Enoch. Quæ rationes si diligenter examinentur non perinde videntur. Nam prima illa parum concludit, non vocat se Apostolum: ergo Apostolus non est. Nam facile responderi potest se in loco negligisse maiores titulos ad declarandam modestiam & humilitatem, quibus

alioquin iure vti poterat, & iniqua sit
lex cogere scriptorē ad certos titulos.
Nam Iacobus & Ioannes ab eodē ti-
tulo Apostoli abstinent, cōtentī hu-
milioribus nominibus, vt serui & si-
milibus. Et si valeret hoc argumentū
eodē euerteres epistolas aliquot Pau-
linas, de quibus tamē nemo vnquam
dubitauit, vt illam ad Philippenses,
duas ad Theſſalonicenses, & illam ad
Philemonem, in quibus se non vocat
Apostolum. Alterum argumentum,
quod attinet ad similitudinem exem-
plorū, quæ videtur sumpſiſſe ex 2.ca.
2.Petri. Nihil etiam efficit, niſi hoc sal-
tem fortè quòd posterius ſcripſerit
& Petri epistolā legerit, quod magis
ad laudem facit. Debemus enim ſupe-
riorū doctorum ſcripta diligēter euol-
uere, præſertim in eadē religionē, cū
videamus hoc ſēper fuisse in vſu piis,
& hinc noſtris temporibus etiā audi-
toribus

toribus utiliter applicantur similia argumenta. Sic posteriores Prophetæ antecedentiū Prophetarum argumēta & rationes suis inferuerunt. Cæterū quid si hoc etiam negetur ac dicat aliquis, non tam ex Petro sumpsis se quām ex ipsis Prophetis, vnde Petrus eadem habebat. Certū enim est, quòd historiam de populo Dei tam atrociter punito, nō ex Petro habeat, sed refert illam ex Mose, idē ergo dici potest ad reliqua exempla. Nam quod infert de casu Angelorū, de poenis Sodomorū & Gomorrhæorum, & in genere omnium reprobè viuentium cōmunia habet quidē cum Petro, sed inde ex veteri Testamento cōportata sunt, vnde eadē desumpsit Petrus. Tertiō, quod attinet librum Enoch, imprudenter quædam hīc inferuntur. Primūm enim Enoch Prophetæ titulo spoliari non debet, cum

fuerit insignis Patriarcha, qui omnes Propheticum habuerūt Spiritum, & ipsi Iudæi fatentur Enochum quædā scripsisse. Sed dicunt librum apocryphum non rectè citari ad confirmationem. Respōdemus hoc etiam incautē dici. Nam confirmatio applicari debet ad iudiciū auditoris potius, & validissima est ratio quæ auditorum fidem habet. Sic videmus Paulum in suis orationibus non semper vti Prophetarum testimoniis, sed habito auditorum respectu, profert interdum Gentiles poëtas, vt in Act. 17. apud Atheniēses profert testimoniu Arati. Sic in 1. epistola ad Cor. 15. citat Menandrum, & in 1. cap. ad Titū. Epi meniden Cretēsem, & ad Tim. Ianueni & Iambriē profert nomina Magorum, quæ tamen Moses planē non habet. Eodem iure ergo licuit Iudæ proferre testimonium à sanctissimō Patriarcha

Patriarcha Enoch, qualemunque fuerit illius scriptum, & certum est multorum Prophetarum libros intercidisse, qui si extarent, haberentur in Canone.

QVIBVS SCRIPTA SIT.

Scripta est hæc epistola vocatis sanctis, hoc est, omnibus fidelibus, seu omnibus proficentibus nomen Christi, quos definit eleganter esse cœtum sanctorum & redemptorum & vocatorū, per Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, qua descriptione statim admonet ecclesiam militantem non satis titulo tenus esse Christianum, sed oportere fidem semel datum omni studio bonorum operum defendere.

OCCASIO.

Oblata est illi occasio scribendi ex dissolutis moribus Christianorum, qui non solum inualescebāt tum in-

ter auditores, sed inter ipsos doctores etiā habebant strenuos defensores. Nā illi imprimis possūt doctrinā trahere ad ασέλγιαν, & illi sunt qui in αγαθαις h.e.in publicis piorum conuiuiis dominabantur, vt videatur imprimis doctores perstringere, & hoc lolium feliciter sparsit Satan, vt non solūm iuxta, sed intra ecclesiam Christi sibi facella cōderet, & in ministerio semper haberet defensores & patronos vitæ dissolutioris.

GENVS.

Genus epistolæ principale est etiā ἀροτρεπτικὸν vt in superioribus quibusdā hortatur enim ad defensionē fidei, quod illi nihil aliud est quam integritate vitæ & morū fidem cōfirmare, quod aliis est innocēter ambulare, dignè Deo ambulare & similia, & ipsa fides est ipsa professio externa. Accedūt alia quę seruiūt tractationi,

vt ἡ αραδειγματικὸν. Nam cōfirmatio tota exēplaris est, & hinc inde multa sunt Ψευπηρά, quibus infestatur istos patronos, & excusatores vitæ dissolutioris. In fine adhibetur etiā ἐνεργεία, quo concludit totam epistolam.

PROPOSITIO.

Propositio sumatur ex ver.3. ad finem, vbi Apostolus ait se ideo scripsisse, vt hortetur eos ad defensionem semel datae fidei. Verba Apostoli sunt ἔπειρος ὁ πειρατὴ πίστει, quorū sensus est profitentes Christianismum, integritate fidei omni studio conservare debent contra corruptelas seu dogmatum seu morum Christianæ religionis. Quæ omnia eleganter vocē à re militari petita proponit.

PARTES.

Partes epistolæ statuimus. Prima titulum cōpletebitur duobus primis versibus, ac continet illustrem defini-

nitionem ecclesiæ Christi; quòd sit
 cœtus à Patre Sanctificatorum, à Chri-
 sto conseruatorum, & per Spiritum
 S. vocatorum. Secunda pars ver.3. sta-
 tuatur, exordium scilicet, quod peti-
 tum est à sua persona & exprimit
 causas impellentes ad scribendum, cu-
 ram pro ecclesiis in Apostolo Iuda,
 & necessariam exhortationē ad con-
 stantiam. quæ omnia faciunt ad locū
 benevolentiae. 3. pars ad finem ver.3.
 expressa est propositio, quod opor-
 teat sanctos επαγγείληντι πίστα, de qua
 re nunc dictū est. Obseruetur autem
 tot modis certamē hoc subeundum
 esse pro fide, quot modis fides à Sata-
 na euertitur. Quarta est initio ver.4.
 continēs confirmationem. Annectit
 enim grauissimas rationes, cur pro fi-
 de certandum sit. Quæ fermè in hūc
 cadunt ordinem & numerum. Pri-
 mum à presenti periculo, quia iā mul-

tit corruptores fidei grassetur in ec-
 clesia. Deinde ab exemplo populi ve-
 teris, ex cuius historia ostendit quod
 Deus etiam non parcat vocatis ad sui
 cognitionem; nisi respondeant voca-
 tionis; ideo eductos ex Aegypto pa-
 ssim in deserto deleuit. Vide Ex. 16.17
 32. Num. 11.14.16. & passim alijs locis.
 Argumentum hoc terrorem incutit
 vocatis ut infistant suæ vocationis.
 Tertium argumentum v. 6. ponitur
 ab exemplo Angelorum, qui & ipsi
 grauissimas domini poenias experti
 sunt, & adhuc experientur hanc ipsam
 ob causam, quod vocationis suæ non
 insisterent. Quartum v. 7. ab exem-
 plo Sodomoruni & Gomorræ, quæ
 urbes hoc ipso nomine perierunt.
 Octauo v. exempla posita applican-
 tur ad statum ecclesiæ ut ostendat qua-
 les corruptores fidei in ipsa nunc gra-
 sentur. Ver. 9. quintum argumentum
 e. iii.

à maioriductum, quod & ipsum exemplū habet Arch. Michaelis, ei annexa est applicatio specialis v. 10. qua ostenditur corruptores sanæ fidei imprudenter agere: annexa est conclusio per exclamationem , in qua noua adducūtur exempla quibus seductorum mores declarantur. Atque hætenus expressa cōfirmatio propositionis. Ver. 12. quinta pars est digressio à confirmationis loco. Nā intermissis rationibus pleniori descriptione corruptelas & corruptelæ patrinos diligenter depingit : locus totus οὐκτητὸς est. Durant hæc usque ad v. 17. quo redit ad exhortationes , nec obscurè propositionis scopum repetit, cum reuocat sanctos ad Apostolicam doctrinam in hac quæstione, an nequit etiā nouas quasdam rationes, quæ nituntur pronunciatis & ostendunt periculum ecclesiæ iam esse paratum

ratum addit his *περιστών*, qua monstrat tanquam digito qui sint corruptores & patroni dissolutionis vitæ. Contra ostendit quibus virtutibus oporteat aduersus has corruptelas pugnare, scilicet fide, oratione ardenti, dilectione, spe firma, certo iudicio contra peccatum, & odio irremisso aduersus scelera. Versu. 24. statuatur sexta pars epilogus, *δοξολογία* constans, & est prorsus more Paulino compositus. Confer enim verba Epilogi huius cum his quæ sunt in epilogo in epist. ad Rom. 16. cap. ver. 25. & 27. videbis aut inde hæc esse petita, aut certè quod probabilius est eundem

Spiritum S. utrique tam Paulo quam Iudæ eandem formulam perorandi dictasse.

FINIS.



Og. 6. II. 3781

